



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

13. Quidam suscepit ordinem Presbyteratus, & in Calice non fuit vinum  
appositum, quæritur an Sacramentum fuerit inualidum, & sic denuò  
ordinandus? Et quid si in Patena non sit Hostia triticea? Ex ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Alibi infra in Ref. 19. §. Vaude, & fu. Pra in Ref. 7. §. Probat. etiam nota in fine, & in tom. 4. tr. 8. Ref. 47. §. Verum.

ne, per ea quae alibi ex Granado adduxi, & adduce nouissimè Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 3. de Sacram. Ordinis, n. 14. ubi haec asserit*: [Diuerlas vezes he tratado casos en que ay opiniones probables de los Doctores, que vinos dizen que son validos los Ordenes, y otros afirman que no son validos, y confejnan, y aun obligan à que se repitan los Ordenes debaxo de condicion, y es necessario declarar mas esto. Contentame mucho ta opinionio del Padre Granado de Sacram. in 3. part. D. Thomas, conuenerf. 9. tract. 1. diff. 6. n. 2. que tracta la materia en proprios terminos, y dice que no ay dificultad en que se pueda repetir el Sacramento debaxo de condicion, acciendio opiniones probables encontradas de los Doctores; però que esto se ha de entender en la ordinacion de los Obispos, y Sacerdotes, que controuertiendo se en los casos debaxo de opinionio, si quedaron ordenados, ò no, aurà obligacion precisa de repetir Orden, porque sino se haze alli, se ponen à peligro de no consagrar, ni absolues los penitentes, de no ordenar Sacerdotes, ni confirmo los Fieles, pues es probable, que carecen de la potestad necessaria para exercer estos ministerios, con notable danno de los mismos Fieles, que deuen curar, ordenandose segun doctrina cierta, y no segun opiniones en que puede auer engaño. Però en quanto à los demas Ordenes inferiores, afirma Granados que no obligaria, que se repitan en el que los recibid, segun opinionio probable, porque no son tan necesarios, que no se pueda suplir por el Orden Sacerdotal la falta de los demas ministerios si la huuiere, y porque à los demas Ordenes no està vinculado algun acto absolutamente necessario para la salud de las almas, de que pueda prouenir notable daño à los Fieles, y estando ordenado dellos segun opinionio probable, puede el ordenado persuadirse prudentemente à que est à bien ordenado sin que se le obligue à repetir el Sacramento. Ita ille, & iterum ego.

RESOL. XIII.

*Quidam suscepit Ordinem Presbyteratus, & in Calice non fuit uinum appositum, queritur an Sacramentum fuerit inualidum, & sit de novo Ordinandum?*  
*Et quid si in Patena non sit Hostia triticea?* Ex part. 3. tr. 4. Ref. 185, alias 186.

Sup. his in §. 1. Ref. 1. not præteritæ, & legitiam §. 2. & 3. annor. præteritæ.

Sup. omni contento in hac Ref. in duabus Ref. seq. & pro parte defectus uini factum in Ref. præterita, §. Et tandem, & pro defectu Hostia ibidem, cur. fiffimus in lin. vltim. §. Imo, & pro defectu uini in tom. 4. tr. 8. Ref. 47. §. 1.

§. 1. **H**ic casus potest in praxi accidere, ideo notetis; & ad illum affirmatiuè respondet Ledesma in *summ. tom. 1. de Sacram. Ordinis, c. 3. diff. ul. 3. & Io. de la Cruz in direct. conf. part. 2. de Sacram. Ordinis, dub. 2. concl. 1. ubi sic ait*. Materia Sacerdotis est traditio patenæ cum hostia, & calicis cum uino, ita ut si in patena non sit hostia triticea, & in calice uinum uitis, non manes ordinatus. Sic ille.  
2. At negatiuam sententiam docent Filliucius in *sclect. disp. Theol. part. 1. diff. 21. dub. 2. ubi sic ait*. Ex dictis constat solutio dubij, de quo ante aliquot annos magna controuersia orta est in Hispania, contigit enim aliquando, ut in ordinatione Sacerdotum in quodam Episcopatu daretur calix sine uino, & disputatum fuit primò, quid agendum si esse probabile non defuisse uinum; secundò quid agendum si esset certum non fuisse uinum in calice. Circa primam aliqui censuerunt non esse necessariam se ordinatum iterum ordinari, quia putarunt posse ordinatum amplecti opinionem probabilem in prædicto euentu, aliqui simpliciter docuerunt esse obliuionem iterum suscipiendi sacrum Ordinem Sacerdotij, quia in primo euentu non fuit uinum Sacramentum ex defectu uini, quod probabiliter obliuatur defuisse. Mihi placet opinio, quòd si solium ageretur de reuerentia debita Sacramento, & uis illius,

tiarum doctissimi Villalobos in *summa, tom. 1. tr. 2. diff. 1. num. 1. ita asserentis*. [Si succedisse in practica (como ha sucedido vezes en estos tiempos) dicitur de poner el uino en el caliz por defecto, ha de reiterar el Sacramento de baxo de condicion, y ha de se hizo en estos tiempos, y deste parecer fueron los mas doctos desta vniuersidad de Salamanca à carta dello.] Sic ille.

RESOL. XIV.

*An in ordinatione Sacerdotum, si per incuriam Messuris caremianurum in Calice non apponatur uinum, ordinatio sit nulla?*  
*Et quid, si in Patena non sit Hostia triticea?*  
*Et quid est agendum, si esset probabile non defuisse uinum in Calice, & quid si esset certum non fuisse uinum in Calice?*  
*Et obiter aduertitur, quod Innocentius III. non mouerit reiterare Sacramentum Confirmationis factum cum oleo sine balsamo?* Ex part. 4. tr. 4. Ref. 119.

§. 1. **H**ic casus potest frequenter accidere, de his temporibus in Hispania & Germania accidit, & ad illum negatiuè respondet Henricus in *10. cap. 6. n. 1. ubi cum dixisset materiam in calice integram, esse traditionem calicis cum uino, & patenam cum hostia, asserit*. Traditio uasis cum altera specierum uidetur esse materia sufficiens, ut si obliuione contingerit, non hic ordo iterandus est in necessitate. Ita ille, & hanc sententiam specialiter probabilem esse putat Tannerus in 3. part. D. Thom. disp. 7. quest. 2. dub. 4. num. 94.

2. Sed ipse, & merito, docet Sacramentum in tali casu esse nullum & inualidum, & hanc sententiam tenet etiam Io. de la Cruz in *direct. conf. part. 2. de Sacram. Ordin. dub. 2. conclus. 1. ubi sic ait*. Materia sacerdotij est traditio patenæ cum hostia, & calicis cum uino, ita ut si in patena non sit hostia triticea, & in calice uinum uitis, non manet ordinatus. Sic ille, & post illum Villalobos in *summa, tom. 1. tract. 11. diff. 4. num. 1. sic asserens*. [De lo qual se infiere que si en la ordinacion del Sacerdote no uuiere uino en el caliz, ò la hostia no fuere de trigo, no quedaria ordinado. Mas porque Henricus con otros tienen lo contrario se succedere en practica (como ha sucedido de vezes en estos tiempos) dexar de poner el uino por defecto, ha de reiterar el Sacramento de baxo de condicion, como se hizo en estos casos, y deste parecer fueron los mas doctos desta vniuersidad de Salamanca, y de otras partes que fueron consultados à cerca dello.] Et tandem nouissimè hanc sententiam docet Turrianus in *sclect. disp. Theol. part. 1. diff. 21. dub. 2. ubi sic ait*. Ex dictis constat solutio dubij, de quo ante aliquot annos magna controuersia orta est in Hispania, contigit enim aliquando, ut in ordinatione Sacerdotum in quodam Episcopatu daretur calix sine uino, & disputatum fuit primò, quid agendum si esse probabile non defuisse uinum; secundò quid agendum si esset certum non fuisse uinum in calice. Circa primam aliqui censuerunt non esse necessariam se ordinatum iterum ordinari, quia putarunt posse ordinatum amplecti opinionem probabilem in prædicto euentu, aliqui simpliciter docuerunt esse obliuionem iterum suscipiendi sacrum Ordinem Sacerdotij, quia in primo euentu non fuit uinum Sacramentum ex defectu uini, quod probabiliter obliuatur defuisse. Mihi placet opinio, quòd si solium ageretur de reuerentia debita Sacramento, & uis illius,